



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

DISSERTATIO JURIDICA
INAUGURALIS
DE
NATURALI ET LEGITIMA SUI
IPSIUS DEFENSIONE.

QUAM,
ANNUENTE DEO TER. OPT. MAX.

Ex Auctoritate Magnifici Rectoris,
D. JOANNIS VANDEN HONERT, T. H. FILII,
S. S. THEOLOGIÆ DOCTORIS, EJUSDEMQUE FACULTATIS, NEC NON
HISTOR. ECCLES. IN ACAD. LUGD. BAT. PROFESSORIS ORDI-
NABII, ECCLESIÆ LEIDENSIS PASTORIS :

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu,
& Nobilissimæ FACULTATIS JURIDICÆ Decreto,

PRO GRADU DOCTORATUS,

*Summisque in UTROQUE JURE Honoribus & Privilegiis
rite ac legitime consequendis,*

Eruditorum examini submittit

HENRICUS VAN STRAALEN, JUNIOR.
Enchusa-Westfrius.

Ad diem 6. Julii 1744 hora locoque solitis.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud BERNHARDUM JONGELYN, 1744.

V I R I S

*NOBILISSIMIS, AMPLISSLIMIS, GRAVIS-
SIMIS.*

D. HENRICO VAN STRAALEN,

COLLEGII SCABINORUM URBIS ENCHUSANÆ H.
T. PRESIDI JUSTISSIMO ETC. PARENTI SUO OP-
TIMO, CARISSIMO, OMNI FILIALI AMORE AC
REVERENTIA, AD ULTIMUM USQUE VITÆ HA-
LITUM, PROSEQUENDO, DILIGENDO.

D. FRANCISCO VAN STRAALEN,

CIVITATIS ENCHUSANÆ SENATORI ET EXSCA-
BINO SPECTATISSIMO, SOCIETATISQUE INDIÆ
ORIENTALIS MODERATORI SAGACISSIMO, PA-
TRUO SUO DILECTISSIMO, NUNQUAM NON VE-
NERANDO.

A 2

D. JO

NEC NON

D. JOANNI DIBBETZ,

LEGATO EXERCITUS FOEDERATI BELGII, NEC
NON DUCI COHORTIS PEDESTRIS STRENUISSI-
MO FORTISSIMO, VULGO (*LIEUTENANT GENE-
RAAL EN COLONEL*) UT ET PRÆFECTI URBIS SLU-
SANÆ, QUÆ IN FLANDRIA EST, LEGATO VIGI-
LANTISSIMO, AVUNCULO SUO HONORANDO,
ET EA, QUA PAR EST, REVERENTIA, SEMPER AE-
STIMANDO.

D. JOANNI RIS,

URBIS ENCHUSANÆ EXSCABINO PRUDENTISSI-
MO AVUNCULO SUO MAGNO HONORANDO,
OMNI PIETATIS OBSERVATIONE VENERANDO,

UT ET


CONSANGUINEIS FAUTORIBUS PRÆCEPTORI-
BUS ATQUE AMICIS.

*Hanc suam Dissertationem, se-
que ipsum in debite pietatis,
cultus & honoris Symbolum,
ea, qua par est, reverentia.*

D. D. D.

HENRICUS VAN STRAALEN.
AUCTOR.

DIS-




PRO E M I U M.

Audabile atque præclarum est nostræ academiæ institutum, ut, qui emenso studiorum suorum cursu, titulo *Juris* Utriusque Doctoris decorari cupiunt, antequam illum adipiscuntur, specimen aliquod suæ eruditionis exhibeant, nam nemo debet affectare id, in quo intelligit vel intelligere debet imperitiam suam ut *Gajus Jurisconsultus in Lege 8. §. 1. D. ad Leg. Aquil. monet*, quod cum mibi quoque incumberet, & morem istum antiquissimum omnibus esse observandum viderem, deliberanti, atque amplissimum vastissimumque *Juris campum* perlustranti, variae quidem materiæ mibi in mentem veniebant, sed quamnam defendarem & ederem, sœpissime fui sollicitus, ita ut tandem post multo

*multas deliberationes , de naturali & Legitima sui ipsius defensione agere constituerim : Quamquam non ignorarem illam Materiam jam dudum ab eruditissimis viris suisse pertractatam & tam clare expositam , ut ne-
mo vix illi quippiam addere possit ; tamen illam potissimum elegi , cum ob ejus utilitatem , tum ob plurimas quæstiones in hac ma-
teria Occurrentes , quas pro tenui ingenii mo-
dulo paucis pertractavi , & ad obtainendos sum-
mos in utroque jure honores eruditorum ex-
mini submisi. Tuum itaque erit B. L. errata,
omissa , minus recte posita , cæteraque defici-
entia , pro solita tua humanitate ac benevolen-
tia corrigere , supplere , in ordinem redigere ,
cæteraque benignius accipere ; memor itaque es-
t C. L. Justiniani Imp. sententiae , omnium ha-
bere memoriam , & penitus in nullo peccare ,
divinitatis magis quam mortalitatis esse secun-
dum Leg. 2. §. 14. Cod. de Vet. Jur Enucle-
ando. Et ideo Tu.*

*Sis lector facilis juvenique ignosce libenter ,
hoc tirocinio , si minus apta legis.*

D I S-



DISSERTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,
DE
NATURALI ET LEGITIMA SUI
IPSIUS DEFENSIONE.

S. I.



ON ineleganter neque inveniente olim Cicero *Lib. 2. de off. cap. 2. in fine dixit.* quod omnis, quæ a ratione suscipitur de aliqua re, institutio, a definitione debet proficiisci, ut intelligatur, quid sit id, de quo disputetur. Ideo & mihi, de *naturali & legitima sui ipsius defensione*, per modum dissertationis, acturo, non abs re visum fuit, ab ipsius rei definitione ordiri.

DEFENSIO autem est instantis imminentisve offenditionis propulsatio: sed legitima defensio vel inculpata
Tu-

Tutela quæ sit , in Specie definiri nequit , nisi ex ipsius belli circumstantiis , hoc est , ex persona vim vel injuriam inferente; ex persona defendantे ; ex causa belli ; ex re controversa ; ex loco ; ex tempore , & cæteris hujusmodi argumentis. Ut autem ordine mea dissertatio procedat , videamus 1°. unde suam originem habeat sui ipsius Defensio. 2°. an tam Jure divino quam naturali & civili sit licita. & postea , qua ratione illa sit temperanda , & quoisque recte possimus progredi , ut hæc materia etiam recte cognoscatur.

§. I I.

His itaque præmissis , primum de origine sui ipsius Defensionis est agendum; hanc autem ipsa natura nos docuisse statuo ; Marcus Tullius Cicero , tum *Lib. 3. de finib. cap. 5.* tum aliis in locis , erudite dicit , esse quædam prima naturæ , quædam consequentia. Prima autem vocat ea , quæ simulatque animal natum est , ipsum sibi conciliatur & commendat ad se conservandum , & ad suum statum , & ad ea , quæ conservantia sunt ejus status , diligenda , alienatur ab interitu , iisque rebus quæ interitum afferre videantur. Inter hæc prima naturæ nihil est quod defensioni repugnat , nam scopus defensionis , nempe vitæ membrorumque conservatio , & rerum ad vitam utilium retentio & acquisitio illis primis naturæ maxime convenit. Et vi ad eam rem , si opus sit , uti , nihil habet a primis naturæ dissidenteum , cum ideo animantibus singulis vires sunt a natura datae , ut sibi tuendis juvandisque sufficient . Sic elephas se defendit proboscide , taurus cornibus , equus pedibus , canis dentibus. Et sic

cæ.

cætera animalia iis se membris tueri conantur, quæ maxime ad conservationem & defensionem vitæ ipsis a natura largita esse instinctus naturalis testatur. *huc autem pertinet illud Xenophontis in Cyropæd. Lib. II. pag. 140. Edit. Oxon. A°. 1727.* τάλλα ζῶα ἵπισαται τινα μάχην ἵκασα, γέδε παρ' ἴνος ἀλλα μαθόντα ἢ φέρεται φύσεως. omnia animantium genera pugnam norunt ali. quam, quam non aliunde, quam a natura didicerunt-
vid. *Hug. Grotium Lib. I. de Jure B. P. cap. 2. Horat. Lib. 2. Sat. 1. vers. 52. dixit*

*Dente lupus, cornu taurus petit: unde, nisi intus
Monstratum?*

quibus adde Propertium *Lib. 2. Eleg. 1v. vers. 19.* sic modulantem

*Non solum taurus ferit uncis cornibus hostem,
Verum etiam instanti laſa repugnat ovis.*

Et Seneca *Epist. 121.* ait, *primum sibi ipsi conciliatur animal.* — — — *Nullam animal ad vitam prodit sine metu mortis.* — — *Simul etiam conciliatur saluti Suæ, quidquid ē⁹ quæ Juvant, petit, leſura formidat.* Et Galenus, *de usu partium primo,* sic sese exprimit, *videmus animantium quodque eo ad sui salutem uti, quo maxime valet.* Nam ē⁹ *witulus, nondum enatis cornibus, ea parte minatur, ē⁹ equulus, nondum firmatis unguis, calcitrat, ē⁹ cattulus, dentibus nondum robustis, morsitat.* Et ideo eleganter Cicero in oratione pro Milone, *cap. 4. dixit,*

xit, *Est hæc non scripta, sed nata Lex, quam non dicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripuimus, hæsimus, expressimus, ad quam non docli, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus, ut si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, si in tela, aut latronum, aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esse expedienda salutis.* Sic arma naturalia hominis sunt brachia, manus, unguies. Et ideo recte Galenus l. c. ait, *bominem esse animal ad pacem, & bellum natum, cui arma agnata quidem non sunt, sed aptæ armis parandis ac tractandis manus, quibus etiam pro armis uti sponte sua, nec aliunde, id edocetos infantes videmus.* Ergo quælita defensionis origine eam reperimus in ipso jure naturæ. Vid Anacreon, *ode 2.* & Joseph de *bello Judaico Lib. 3. cap. 25. Aul. Gell. Lib. 12. Noct. attic. cap. 5.* & alios. Sed quæro, cur tamen Iuri Gentium Florentinus adscribat defensionem *in Leg. 3. D. de just. & Jur;* cum & belluis ea sit communis, ut vidimus. quidam respondent, jus gentium improppie appellari naturale. Sed hæc sententia non videatur admittenda, quia in eadem lege utrumque jus distincte definitur. Alii existimant exempla *Legis 2. 3. 4. 5.* promiscue pertinere vel ad jus Naturale vel ad jus Gentium, Sed hæc subsistere nequeunt. Placet autem mihi sententia veterum qui *vim & injuriam* accepterunt *pro vim injustam* vid *Ampliss. Presid. van Byukersboek, Lib. 5. obs. cap. 2.*

§. III.

Origine sui ipsius defensionis in ipsa natura reperta, videamus an illa recte institui possit. cum autem natura

tura cognitionem quandam inter omnes homines constituit, eosque invicem diligendos & beneficiis afficiendos vult, nec alterum alteri insidiari permittit (*Leg. 7. in fine D. de Serf. export. Leg. 6. D. de Appell. Leg. 39. de Negot. Gest.*) consequens est cuilibet licitum esse insidiandi seu aggressori non modo resistere, sed etiam vim vi repellendo, si aliter fieri non possit, eum interficere, *Leg. 3. ff. de Inst. & Jur. Leg. 4. in pr. Leg. 5. pr. Leg. 43. §. 3. D. ad Leg. aquil. Leg. 1. 2. 3. Cod. ad Leg. Cornel. de Sicar. Leg. 1. §. 27. Cod. de vi & vi armat.*

Sui etenim defensionem cum nece alterius omnes leges omniaque Jura permittunt, *Leg. 45. §. 4. D. ad Leg. Aquil. Vid. Cujac Lib. 5. Observat Cap. 15.* Dicit ergo Jus Naturale licitum esse vim atque injuriam propulsare, adeo ut quod quisque ob tutelam corporis sui fecit, illud Jure fecisse existimetur, *Lege 3. ff. de Just. & Jur.* Natura enim est conservatrix sui, uti hoc in omnibus animantibus patet. Quamobrem natura animalia se defendere docuit, si invadantur, eo, quo possunt, modo, vid. §. praeced. Nec mihi obstat 1°. ille scrupulus, scilicet, quod per meam defensionem utique lædatur, aut perdatur nostri similis homo, qui cum ad colendam vitam socialem adstringimur, & quo extincto parem jacturam videtur facere genus humanum, quam si ipse peream. Neque 2°. obstat, quod majores turbæ societatem humanam invadere videantur, si vim intentantem vi repellamus, quam si per fugam malum declinemus, aut ubi id non possumus, corpus nostrum patienter invadenti præbeamus. Posse enim defensionem nostri non priori tantum modo institui, sed &, ubi iste locum non habuerit, cum læsio-

ne ejus, qui nos oppugnatum it, & ratio evincit, & sapientum juxta atque vulgi consensus adprobat. E- quidem ad pacem cum sui similibus agendam homo conditus est, omnesque naturæ leges, quæ alios ho- mines spectant, primario ad pacem constituendam & servandam tendunt. Nec minus tamen natura ad vim configere quandoque indulget, ubi aliter per alterius injuriam salvi esse non possumus: scilicet obligatio, ad exercendas invicem leges naturæ, & officia pacis est mutua, & omnes homines æqualiter adstringit, neque ulli præ altero privilegium per naturam competit, ut ipse in altero leges naturæ violare queat, alter au- tem adversus hunc pacem continuare teneatur: sed utrumque stringens obligatio facit, ut munia pacis mu- tuuo debeat exerceri. adeoque ubi alter contra leges pacis talia adversus me fuscipere aggreditur, quae ad meam perniciem spectant, imprudentissime a me postu- laverit, ut ego ipsum deinceps sacrosanctum habeam, id est, ut meam salutem prodam, quo ipsius malitia impune grassari queat.

§. I V.

Illud non adeo liquidum est an jus naturæ non tan-
tum admittat, sed an quemlibet cogat, id est, an de-
fensio sui ipsius sit in obligatione: inveniuntur viri
docti qui eosque illam præceptam volunt, ut ne ci-
vili lege illa posset tolli, & qui se, cum defendere
possit, occidi permittit, illum damnari posse, non
aliter ac si se ipsum occidisset vid. Ziegler. ad Grot.
Lib. I. Cap. 3. §. 3. & Obrecht in Tract. de defens. cap. I.
Imo quum natura vel per solum instinctum conservatio-
ni

ni nos nostræ studere jubeat , defensio sui ipsius non tantum licita sed utique præcepta videri posset , ita ut nec lege civili possit tolli , & is , qui se non defendit , se ipsum occidere videtur . Nam ut sciamus sit ne quid a natura præceptum nec ne , tantum consulere debeamus prima naturæ & rectam rationem , an illa cum eo convenient , nec ne , quid vero fortius est instinctu naturæ ? omnia damus , facimus , ut vivamus , neque id repugnat rectæ rationi , cum vitam custodire teneamus ut depositum Dei . *vid. Joseph Lib. 3. de bell. judaic. cap. 14.* hoc præceptum a natura ex professo & clare docet *puffend. de Jur. Nat. Lib. 2. cap. 4. §. 16.* Et seqq. qui locus maxime est notabilis , dum clare istum instinctum probat , quod sit invincibilis , nam et si quis miserrimus , & quasi morti traditus sit , non vero mortem obire , sed diutius vivere cupit . *vid Celeb. P. R. vitriarium in Institut. J. N. & G. Lib. 2. cap. 1. q. 8. , puff. Lib. 2. cap. 5. §. 2.*

§. V.

Quod attinet ad jus Divinum illud nos docet , antiquissimum & a primis mundi initii maxime detestandum scelus esse homicidium ex facto Caini , qui fratrem suum Abelem interfecit : illudque pœna mortis esse vindicandum Leges Divinæ dictant . Sed indistincte omne homicidium Jure divino morte esse malum detestandum , non mihi videtur , sed illud quod dolo malo committitur , si enim Jure vel casu fortuito sit commissum nulla vel levis pœna est infligenda illi , qui homicidium commisit . Sed videamus an inter illos , qui Jure Occidisse æstimantur , (quorum varia exem-

pla adferri possunt) numerandi sint illi, qui vitam suam cum nece alterius defendunt, quod affirmandum mihi videtur. nam ex sacris Litteris constat, eum, qui furem nocturnum Occidit, homicidii reum non esse *Exod. 22. comm. 2.* Nempe quia discerni nequit an venerit animo Occidendi an furandi tantum *vid. August. quæst. 84. in Exod.* Et sic Jus Divinum protegit homicidas involuntarios *Num. cap. 35. comm. 22. seq. Exod. 21. comm. 23.* oportet ergo tales non delinquisse, cum Justitiæ Divinæ non conveniret, hominibus sceleratis illam concedere impunitatem: iis autem hominibus cum sine dubio annumerandus sit ille, qui aggressorem injustum in vitæ defensionem Occidit, sequitur talem interfectionem, cum absque peccato patratur, & Jure Divino esse licitam: Huc quoque spectat licita interfectio in bello, in quo injustos aggressores Occidere licuisse, sacra scriptura passim testatur, cum ipso Deo duce tales cædes peractas legimus *vid. Genes. cap. 14. comm. 15. Exod. 17. comm. 1. Paralip. cap. 14. comm. 9. 10. 11. 12. & plurima alia exempla*, & cum finis defensionis sui non alias sit, quam finis belli, scilicet vitæ membrorumque conservatio, & rerum ad vitam utilium retentio aut acquisitio, sequitur ergo illam Jure Divino etiam esse licitam, & certe nisi vim vi repellere licuisset, Apostoli sequentes Christum gladios secum non gestassent, gladios autem habuerunt: (dixerunt enim Christo in ultima illa cæna, *Ecce duo gladii hic*; *vid. Lucæ cap. 22. comm. 38.* & Petrus, cum Christus caperetur, *an, inquit, percutimus gladio?* *vid. Lucæ cap. 22. comm. 49.* hinc satis liquet Apostolos in hunc usum gestasse gladios; quod si pugnasset cum Lege Dei, Chri-
stus

stus nunquam fuisse passus, fuit enim mandatorum patris sui afflitor acerimus. Nec ab hac sententia me dimovent leges a Deo datae, scilicet Lex Noæ ejusque posteris data *Genes. cap. 9. comm. 5.* Nec illa Lex Moysi data *non Occides*, nam Lex tam haec, quam illa intelligenda est in eo sensu, qui vitium includit V. G. ut injuriā sanguinem effundere, insontem occidere, veluti Homicidii nomine non quamvis hominis cædem intelligimus, sed destinatam & consilio & proposito factam, non fortuitam, & innocentis, id est, qui nihil commeruit, cur vita privaretur. Nec obstant mihi illa Loca N. Test. V. G. *Matth. cap. 26. comm. 52. Reconde gladium tuum, quicunque acceperunt gladium, gladio peribunt,* & *Matth. cap. 5. comm. 38.* Nec *Apostoli Pauli ad Romanos cap. 12. com. 19.* Nam illa loca pertinent vel ad vindictam, ut objectus Locus Pauli ad Romanos, ubi in græco textu non est *defendentes*, sed *exdinxentes Ulciscentes*, vel illa pertinent ad officia privata charitatis, vel illa non proprie sed figurate sunt intelligenda, ut patet ex Christi exemplo.

§. V I.

Hæc omnia, quæ tam de Jure naturali, quam Divino dixi, confirmantur Jure civili, nam adversus periculum se defendere licet, ait *Gajus in Leg. 4. pr. ff. ad leg. Aquil. & Gordianus in Leg. 2. Cod. ad. Leg. Cornel. de sicarii*, qui aggressorem vel quemcunque alium in dubio vitae discrimine constitutus, occidit, nullam ob id factum caluniam metuere debet, & *Idem Impp. in sequente Leg. 3. si quis percussorem, ad se venientem*

tem Gladio repulerit , non ut homicida tenetur , quia defensor propriæ salutis in nullo peccasse videtur. imo etiam in animalibus brutis attenditur & permissa est ista defensio , quia si aliquod animal aggrediatur aliud causa nocendi , & illud animal se defendat , & interficiat , dominus ejus excusatur , & non tenetur emendare , nec animal pro noxa dare vid. Leg. 1. §. 11. si quadrup. paup. feciss. dicat. nec obstat Lex 14. Cod. de Judeis & Lex. 176. de Reg. Jur. ubi nemo sibi ipsi debet ultionem , cum tutela & defensio magistratus in medio sit constituta , quam quilibet læsus implorare tenetur. Nam respondeo , non raro necessitas nos in eas angustias dicit , ut si leges velimus exspectare , ante injusta morte simus perituri , quam justam pñnam petituri ; & ideo certis casibus permisum est sine judice se vindicare Tot. Titul. Cod. quando licet unicuique sine jud. se vind. inter quos etiam est casus si aliquis injuste invadatur , & melius est intacta cujusque jura servare , quam post vulneratam causam remedium querere Leg. ult. Cod. in quib. Caus. in Integr. Restit. non est necess.

§. V I I.

Quod ergo hæc defensio omni Jure est permissa , illud nonnulli in tantum procedere contendunt , ut quovis loco , & contra omnes adhibere liceat : Sed ante omnia distinguendum est , utrum qui se defendat , in naturali statu , an vero in civili degat , quoniam hic longe arctioribus , quam illic , limitibus ista defensio sit præscripta. *J. van Meulen in foro Conscientiae , cum Soto de Justitia , hanc sui defensionem in omni casu , in*

in omni loco, & contra omnes licitam esse existimat, & non excipit casum, quando aggressor esset Rex, Dux, aliaque persona Reipublicæ valde necessaria, invasus autem esset persona vilis, cuius vita ad bonum commune nihil vel parum refert, vel ut alii, si aggressor esset pater vel maritus, nam dicunt, jus naturale, quod immutabile est, talem exceptionem non patitur, honores & dignitates, & opes sunt bona fortunæ, & tantum accidentia, quæ rei naturam mutare non possunt, in statu enim Juris naturalis, in quo omnes existimus cum de vita agitur, cuncti sumus parres, pari modo igitur mihi me defendere licet contra omnem aggressorem, modo moderamen observem; & nihil interest dicunt, an aggressor sit Rex, pater, vel maritus, modo me directe & injuste Occidere tentaverit, jus naturæ enim, ex quo hæc defensio proficit, quodque nobis cum brutis commune est, hanc patris, mariti, vel Regis qualitatem ignorat. *Celeberrimus P. R. Vitriarius in Institut. J. N. & G. & Grotius de jure B. & P.* excipiunt personam Regis aut Principis, & dicunt si talis persona sit invasoreum sine peccato Occidi non posse ob duas rationes 1°. quia persona Regis est sancta propter majestatem, quæ eandem personam inhabitat, quæ impias nobis infert manus, eamque semper comitatur, ita ut ejus reverentiam nunquam nobis deponere liceat, & nec voce, multo minus manu, lædendus sit 2°. quia talis persona est multis utilis, nisi enim Rectores civitatum essent, ferriores feris viveremus, non mordentes tantum, sed & vorentes alios alii: mihi haec quæstio sic videtur decidenda, si de jure stricto quæratur, omnino affirmandum est, Occidi posse talem invasorem, quum principis

C

cipis & patris animum exuisse videatur, qui necem nobis immeritis parat, neglecto officio, quo contra ipsum erat, civem vel filium potenter tueri, vid. *J. van Meulen in foro Conscientiae part. 2. quest. 2. & Celeb. Vitriarium in Institut. Jur. N. & G. Lib. 2. Cap. 1. q. 10. & H. Grot. de Jur. B. & P. Lib. 2. cap. 1. §. 9.* & notas ad puffend. *Lib. 2. cap. 5. §. 5.*

§. VIII.

Ast vero quod licet in naturali statu viventibus, qui suam salutem propriis viribus, proprioque ex Judicio expediunt, id haudquaquam indulgetur illis, qui in civitatibus degunt, cum autem restricta sit multum, ut *Grot. Lib. 1. de Jure B. & P. cap. 2. §. 3.* monet, facultas hæc nos metipsos defendendi. Videamus porro, quænam hodie nobis civitatis alicuius membris observanda præscribantur, ut legitimæ defensionis regulis ulli censeamus. ut defensio sit legitima, requiritur ut quis se defendendo moderamen inculpatæ Tutelæ observaverit *Leg. 1. Cod. unde vi,* quod ut quis observasse & non exceisse dicatur, tria veniunt consideranda, *Causa, modus, tempus.*

§. I X.

Causa igitur justæ defensionis, est illata vis injusta, veluti cum quis ab alio invasus fuerit; justa enim defensio esse non potest, nisi injusta offendio præcesserit, quæ ubi non adlit, magis vindictæ, quam defensionis causa fit propulsatio vid *Obrecht in Tract. de necess. defens. cap. II.* Necessarium igitur est ut quis ab altero

tero sit invasus, nam is qui alterum prior est aggressus et si nullum animum Occidendi habuerit, nunquam potest impune Occidere, licet per iracundi adversarii vehementem defensionem in periculum vitae deductus, Occidat, Justam autem defensionem seu propulsationem efficit injusta alterius offensio, injustam autem offensionem dico, quæ mihi infertur ab eo, qui me offendendi nec jus nec facultatem habet, quamobrem nec patri filius, nec Domino servus, præceptoris discipulus jure non resistit, ut Magistratui vim publico nomine inferenti resistere nefas est, & ita excusantur & excluduntur apparitores, qui jussu Magistratus aliquem aggrediuntur *Leg. 199. de Reg. Jur.* ergo ut observetur moderamen, requiritur ne resistamus vi Ju-stae, quam Rectores civitatis eorumque administri inferunt, justam ergo vim ne declinemus, jubet, injustam a privato illatam averruncare permittit, etiam cum nece alterius: sed hoc non ita est intelligendum, quasi omnem vim injustam & injuriam a privato illatam quocunque modo propulsare liceat, sed tum demum, quando locus & tempus non ferunt auxilium a magistratu constituto ad eam repellendam injuriam implorari. non enim singulis est concedendum, quod per magistratum publice fieri possit, ne Occasio sit majoris tumultus faciendi *Leg. 176. de Reg. Jur.* nam si unicuique civi ob quamvis injuriam se ipsum vindicare liceret, maiores favirent in minores, & sic civitas tranquilla manere non posset, nihil enim tam contrarium est Juri & Legibus, quam composita & constituta Republica quidquam agi per vim, vid. *Cicer. de Legib Lib. 3. & Aull. Gell. Lib. 4. N: A. Cap. 14.* quamobrem in *Lege unica Codicis ne quis in sua causa jud.*

generali lege ab Imp. est constitutum. *Neminem sibi esse Judicem vel jus sibi dicere debere : in re enim propria iniquum admodum esse alicui licentiam tribuere sententiae*, ergo primum *requisitum moderaminis est justa causa*, quod si prior ipse verbalem injuriam inferens, mox ab injuriam passo vitae periculum patiatur, tuncque Occidat, dum aliter ei parcere non potuit, etiam tunc cædis quidem intuitu inculpatam tutelam exercuisse videtur, sed quia prior ipse verbali injuria irritavit adversarium, extraordinaria pœna, tamquam talis, qui saltem per culpam cædi causam præbuit, exilio aliove simili modo coercendus videtur: quid enim refert an per lasciviam, an per verbalem injuriam causam morti dederit? eum vero, qui per lasciviam causam mortis præbuit, in quinquennium jure relegatum fuisse Ulpianus testatur *Leg. 4. §. 1. ff. de siccari. vid. sande decision. frisi Lib. 5. Tit. 9. defin. 7.*

§. X.

Modus inculpatæ tutelæ consistit in eo, ut quis in ea necessitate sit constitutus, ut se contra vim sibi illatam defendere teneatur, utpote si quis stricto gladio aliquem invadat, ut dicitur in Constit. criminal. Carol. V. art. 140. nam omnis defensio ad moderamen inculpatæ tutelæ non est sufficiens, ast ea tantum, si aliter vitæ periculum evitari non potuit, quam interficiendo aggressorem Leg. 3. C. ad Leg. Cornel. de siccari. moderata etenim defensio non intelligitur, quando datur aliud remedium, quo quis se tueri & alium conservare potest Leg. 45. §. 4. ff. ad Leg. Aquil. nam alioquin non defensio sed læsio ad vindictam facta intelligitur,

gitur, imo diserte Leges hoc requirunt, *vid. §. 2. Instit. de Leg. aquil. Leg. 2. Cod. ad Leg. Cornel. de Sicar.* ubi permittitur internecio, *si quis constitutus sit in dubio vita*, atque id justissime postulatur, omnes ergo elabendi ut quærat invasus, antequam extrema experitatur, & illud est observandum, omnia prius, quam armis aggressum experiri debere, quoniam omnis pugna habet aliquid aleæ ancipitis, inde ubi ab altero injuria intentatur, prius tutiora tentare remedia tenetur, quam in pugnam descendere; sic si invasuro possim viam intercludere, ne accedere ad me queat, male cum eo citra necessitatem manum confero; sic quem parietes & janua possunt defendere, non jure pectus suum hosti objicit. Sed si V. G. dum ad negotia mea obeunda in publicum prodeo, invasorem repulero, haud quidquam inde culpabilis reddor, quod, si domi mansisset, in periculum non incidisset.

§. X I.

Tertio superest ut in defensione observetur *Tempus* scilicet ut fiat in continentis defensio, illico, seu in ipsa aggressione veluti in puncto, non ex intervallo, tum enim non defensio contra vim injustam, sed ultio potius erit, quæ omni jure prohibita *Leg. 45. §. 4. ff. ad Leg. Aquil. Leg. 3. §. 9. ff. de vi & vi armat*, quippe vox *defendendi* supponit invasionem & vim presentem, quæ actu infertur, cum adversarius in me impetum facit, adeoque repellere a me possum, quippe cessante conflictu vel aggressione aggressorem si insepar, vindicta potius erit, quæ magistrati competit, quem adeundi cuique privato, ob vim sibi illatam, copia est. Quamobrem si quis me armis in loco publico ag-

grediatur, ego vero e manibus invasoris elapsus dominum me receperim, non licet mihi melioribus armis instructo ad pugnam redire, uti nec, si contigerit invasum in terram prolapsum & consternatum per aliquod temporis spatium jacuisse, denique refectis viribus, in percussorem fecisse impetum eumque occidisse, moderamen inculpatæ Tutelæ observasse non puto, quippe non in continenti, id est, in flagranti delicto, sed ex intervallo adversarium petens, sese non defendere sed vindicare videtur. Fateor quidem si insultator arma arripiat, & quidem ita, ut appareat eum id facere animo occidendi, occupari posse facinus, nam melius est prævenire quam præveniri *Leg.* 1. *Cod. quand. Lic. unicuiq. sine jud. se vind.* sed multi falluntur & errant qui metum qualemcumque ad jus occupandæ interfectionis admittunt, nam metus non vani hominis, sed qui merito & in constantissimum hominem cadat, sufficit, vid. *leg. 5. Et 6. ff. quod met. causa.* Non enim est argumentum sufficiens, aliquem mihi nocitum etiam, quia aliis nocuit, quippe causæ graves ipsum adversus alios incitare possunt, quæ in me non deprehenduntur. Sed si periculum evadi aliter non possit, conjuratos insidiatores vel venenum struentes occidi posse statuo, quia ex signis externis animus & propositum occidendi omnino apparet, propter quæ facinus occupari potest vid. *Grot. Lib. 2. cap. 1. §. 5. num. 2.* sed quod addit *Grot.* de falsa accusatione, falso testimonio, iniquo judicio, puto cum *Celeb. Vitriario* aliis remediis hæc corrigi posse, & sic periculum evitari, & ideo casus, a *Grotio* propositi, sunt separandi, nam alii tantum contingere possunt in statu civili, ut falsa accusatio, falsum testimonium

um, cæteri casus in utroque statu; vid: latius de hac re
*Grot. d. L. & Celeb. P. R. Vitriarium in Instit. I. N.
& G. Lib. 2. cap. 1. q. 13. & puff. de I. N. Lib. 2.
cap. 5. §. 6.*

§. X I I.

Postquam in præcedentibus §§. jam probatum est, defensionem omni jure esse licitam, & quomodo instituenda, & quæ observanda, jam pergam ad examinandas varias & difficillimas quæstiones ad hanc materiam pertinentes, quas tam clare & distincte, quam possim, proponam, & primo quæro, si aliquis intentans mortem me persequatur, ac in angusta via, qua fugendum, quis occurrat, qui admonitus, cedere nolit, an mihi talem innocentem, sed fugam prohibentem, occidere licet? hoc affirmandum puto, si alio modo vitam conservare non possim; nam si primis naturæ & rectæ rationis dictamine conveniat adhibere omnia remedia me conservandi & defendendi, sequitur, me non tantum invasorem ipsum, sed etiam talem, qui me fugientem prohibet, Occidere posse, nam omnis ratio expediendæ salutis honesta est, & quia fugam impedit, sola hac ratione Occiditur, quia aliter salvus esse non possum, & ideo recte *Imp. in Leg. 2. Cod. ad Leg. Cornel. de Sicar.* dicunt, is, qui aggressorem vel quemcunque alium, in dubio vitæ constitutus, occidit, nullam ob id factum calumniam metuere debet, ubi per quemcunque alium non aggressorem, sed aliam & distinctam personam intelligit. *vid. Puffend. de Jure Nat. Lib. 2. cap. 6. §. 4.* Et eodem modo respondeo ad illam quæstionem, v. g. si quis peccato

cato carens me invadat, puta quod bona fide militet, aut alium me putet, quam sim, aut quod insania, aut insomniis agitetur, non eo tollitur jus se tuendi, cum sufficiat, quod ego non teneor id, quod ille intentat, pati, non magis, quam si bestia aliena intenteret *Leg. 18. §. 3. ff. de injur.* Quid vero si quis invasus, cum vellet invasorem, alium forte adstantem aut præteriuntem, vel & intercedentem Occiderit, an gladio puniendus sit? a pæna homicidii eum excusandum esse, sed teneri Lege aquilia puto *Leg. 45. §. 4. ff. ad Leg. Aquil. vid. Grot. in flor. spars ad Leg. 14. ff. ad Leg. Cornel. de Sicar.*

§. X I I I.

Ad præcedentem Quæstionem etiam pertinet hæc, an si quis ab aliquo vim imminentem sentiat, tenetur fugere? & hac in parte placet mihi distinguere, an quis in vitæ discrimen jam perductus, an vero nondum, ut tuto & commode fugere possit, veluti si adversarius adhuc procul absit, vel si ebrius sit, vel si forte claudicet, ut eum tam celeriter insequi non posset, quo casu si in fuga nullum est periculum, omnino eum effugere debere existimo. Et cur non aufugeremus? Christus ipse se Occultavit & ivit e templo, cum Judæi jacebant lapides in eum *vid. Johan. Euangel. cap. 8. com. 59. & Euangel. Matth. cap. 12. com. 15.* at posteriori casu, si quis in corporis & vitæ discrimen jam plane perductus est, ut tuto amplius fugere non possit, eo casu se in continenti defendere posse, nec fugæ se committere coactum esse concedo, *Constit. criminal. Caroli V. art. 146. Gail. Lib. 2. Observat.*

110. num. 15. *Respons. Juriscons. Holland. part. 3. Conf.*
 111. num. 4. *infine. non enim credendum est tergum semper invasori obvertendum, aut cessim eundum esse, cum illud vulneribus pateat, & heic a lapsu periculum immeat, & quia periculis magis patemus aversi, ergo ubi non apta fugiendi datur occasio, qua quis tuto se posset recipere, moderamen inculpatæ tutelæ non transgreditur, qui peccus potius invasori opponit, quam per fugam opportunum se ictibus præbet vid.*
*Puff. de Jur. Nat. Lib. 2. cap. 5. §. 13. Ego Confer. singularēm dissertationem de Fuga Cocceji, quæ exstat Tom. 2. Exercit. Curios. pag. 784. Ego Celeb. P. R. Vitriarium in Instit. J. N. Ego G. Lib. 2. cap. 1. q. 21. Et satis ridiculum est Vasquum Jurisconsultum in Controvers. illust. Lib. 1. cap. 18. num. 14. distinguere inter nobilem, & plebejum, hunc quidem fugere teneri, illum non. Et maxime errant, qui putant si pervenimus ad murum, seu fluvium, eum transcendentum, vel transiliendum esse, nam hæc nec cum fana ratione convenient, nec fundamentum in nostro Jure habent vid. Feltman *Respons. 7. ad rem milit. num. 89. Ego 99. Respons. Jurisc. Holl. part. 6. Consult. 33.* Sed an ulterius quis obligatus sit fugere & an commode ulterius fugere potuisse hoc Judicis examini trado: nihil enim ad rem facit, quod aliqui dicunt, turpem probrosam, & ignominiosam fugam honesto & nobili viro esse, nam est tantum falsa quædam ignominiae opinio, quam nemo, qui virtutem & sapientiam sectatur, approbare potest: Quid enim si invasus discrimen vitae declinare potuit, occidere autem maluit, vel terminos justæ defensionis excessit, an in ordinariam pænam Legis Corneliae de Sicariis incidit? minime,*

D

sed

sed extra ordinem condemnatur, ut est communis DD. sententia, argument. Leg. 14. §. 6. ff. de bonis *Libert.* Leg. 38. §. 8. ff. Leg. 4. Cod. ad Legem Julianam de adult. vid. Gomez. *Variar. Resolut. Juris Tom 3. cap. 3.* menoch. 2. arbit. *Jud. cas. 278. Berlich. conclus. pract.* crim. part. 4. conclus. 12. & seqq. ad 19.

X I V.

Subsuntur hic jam duæ aliæ quæstiones. Prima est V. G. quis gladio armatus ab aggressore stricto gladio offendatur, ita ut vitam suam defendere necesse habeat, *an is primum aggressoris iustum ad moderamen inculpatæ tutela servandum exspectare teneatur?* Et Altera est *an requiratur paritas armorum,* Ut si gladio vis inferatur, gladio etiam sit repellenda, non alio armorum genere? Tam ad primam quam alteram negative respondeo, nam quod ad primam attinet, quilibet vim jam jam imminentem repellere & Jure propulsare potest, *nam in Leg. 3. Cod. ad Leg. Cornel. de Sicar.* dicitur si quis percussorem *ad se venientem* gladio repulerit, non ut homicida tenetur, Et Ulpianus scripsit, eum, qui quemcunque ferro se petentem Occiderit, non videri injuria occidisse; atque ita aperite definitum, *Constit. criminal. Carol. v. art. 240. fine.* præterea etiam melius est in tempore occurrere, quam post vulneratam causam remedium quærere, cum non difficulter contingere possit, ut insultatus primo iictu interficiatur Leg. 1. Cod. quand. lic. unicuique &c. Leg. ult. Cod. in quibus Caus. in Integr. Restit. necess. non sit. & *Constit. criminal. Carol. V. art. 140.* Vid Gail. de pace pub. Lib. 1. cap. 16. num. 21. *Respons. Jurisc.*

Juris Holl. part. 3. conf. 1. num 3. & Gomez. var. Resolut. jur. Tom. 3. cap. 3. num. 22. & hoc pertinet dictum Terentii Eunuch. in act. 4. scen. 7. sed tu quod cavere possis, stultum admittere est.

Quod ad alteram quæstionem attinet V. G. quidam levi quondam telo instructus me aggreditur, qui tanto corporis robore est præditus, ut ejus impetum & vim repellere non possum, mihi licitum erit etiam duriori & graviori instrumento ipsum occidere, conser *Donell.* ad *Leg. 1. Cod. unde vi & Cujacium ad Lgem. 3. ff. de Jus. & Jur.*, & denique si quis rixantium, atque pugnantium uni arma ademerit, alteri reliquerit, is, cui arma subducta sunt, non modo quacunque ratione sese adversus armatum tueri potest, sed arma sibi ademta repetere etiam cum nece adimentis, si aliter ei parcere non potuerit, dum ab armato ulterius instantे inermi mortis discrimen imminebat, si non armis receptis sese tueretur, sic ut & hoc ad *inculpatæ tutelæ Modermen* referendum est.

S. X V.

Quid dicendum si quis non vitam eripere, *sed membro mutilare aliquo intendit?* an tales occidere permisum est? & puto cum Grotio & aliis, si periculum vitæ aliter vitari nequeat, occidi eum recte posse tam de jure naturali quam civili, nam 1° natura nobis æque membrorum atque vitae defensionem commendavit & præcepit 2° dantur membra quorum damnum est vitæ æquiparabile 3° sciri non potest an non jactura talis membra post se trahat periculum mortis, nam vulnera non infliguntur ad mensuram, neque sciri potest an

lethalia sint futura nec ne , & accedit quod qui tale quid mihi intentat , hostis est, qui quantum in se licentiam dedit mihi adversus ipsum in infinitum 4°. aggressori non ita liberum erit vulnera an mortem infligere vid. *Grot. de Jur. B. & P. Lib. 2. cap. 1. §. 6. puff. de Jur. Nat. lib. 2. cap. 5. §. 10. & celeb. P. R. Vitriarium in inst. J. N. & G. lib. 2. cap. 1. q. 14. Covarruv. pag. 561. num. 2.* Quæ pæna ex Legi XII. Tabb. ob membrum ruptum fuerit, & qua occasione illa in desuetudinem abierit vid. apud *A. Gell. Noct. Attic. lib. 20. cap. 1. & Collat. LL. Mosaic. & Rom. Tit. 2. §. 5. & 7. & §. 7. Inst. de Injur. & Celeb. Sculting. ad Paul. lib. 5. Sentent. Tit. 4. §. 7.*

§. XVI.

Est quoque celebris quæstio, si cui periculum immineat *acciendæ alapæ aut gravissimæ similis injuria*, quæ nempe a pari infligitur extra rixam , an huic quoque jus est arcendi id cum nece inimici? Et puto in hac quæstione cum Puffendorfio distinctius esse procedendum, scilicet inter statum naturalem & civilem: in statu naturali vera mihi videtur sententia *Grotii* affirmativa *Lib. 2. de jure B. & P. cap. 1. §. 10.* nam jus naturale mihi non tantum commendat conservationem mei ipsius, sed etiam omnia quæ ad tranquillitatem & conservationem mei status faciunt vid. *§. 2. præced.* & quamquam inæqualia sunt mors & alapa, tamen qui injuria me afficere vult , is mihi eo ipso dat jus, hoc est, facultatem quandam moralem adversus se in infinitum, quatenus aliter illud malum a me arcere nequeo: nam ipse charitatem erga me non servat, &

& æqualitas præcipue locum habet in permutationibus rerum & distributione bonorum communium vid. *singularem dissertationem de Alapa Strykii* & confer *Puffend. Lib. 2. de Jure Nat. cap. 5. §. 12.* & *Grot. de jure B. & P. lib. 2. cap. 1. §. 10.* Ast illud nullo modo ferendum, quod nonnulli afferunt, non solum cædem recte admitti posse ad vitandam alapam, sed etiam accepta alapa, si, qui eam impegit, fugiat, eum posse occidi ad recuperandum honorem Sed an in civitatibus cædes repellendæ alapæ permitti recte possit, valde dubito, gravissima quidem habetur contumelia alapis cædi, sed cum ne qua alicujus honor, illata ejusmodi contumelia, per se tollatur, & qui in ista inest contemptus, facile a magistratu aboleri ac pensari possit, gravi mulcta lædenti imposita, eodemque acto, ut læso publice honoris signa exhibeat, unde videtur hoc denegandum iis, qui in civitatibus vivunt. Si tamen statim, uti fieri solet, ab alapa inflicta confestim ferrum stringatur ab utroque, & in ea pugna is, abs quo injuria cepit, graviter vulneretur vel occidatur, non sine ratione mitiorem alteri pænam imponi convenit vid. *Puffend. D. L. & Ziegler. & Boecler. ad D. L. Grotii*, quid porro Legibus Romanis & nostris hac de re cautum sit omnibus liquet ex illis, qui ad legem Cornel. de Sicariis & ad Titulum pandect & institut de injuriis scripsierunt. Quod dixi de jure Naturali & civili respectu Alapæ, hoc de Lege Euangelica affirmare non possum, nam Christus multis in Locis N. T. jubet alapam potius accipi, quam adversario noceatur, quanto magis eum vetat occidi alapæ effugiendae causa.

§. XVII.

Utrum pro defensione pudicitiae liceat occidere eum, qui eam violare intentat, non plane constat. Defensioni vitae apud omnes populos æquiparatur pudicitia, dicit, Puffendorfius, & etiam eam cum cæde violatoris recte defendi posse idem putat. Pro pudicitia, quin idem liceat, scilicet *quod licebat pro mutilatione membra*, controversiam vix habet dicit H. Grotius. Sed *vander Meulen in foro conscientiae* sic respondeat ad hanc questionem, licet in foro externo affirmativa sententia legibus & rationibus innixa videatur, attamen in conscientiae judicio opinionem negantium veriorem existimo. Sed & quod pro vita, id & pro pudicitia licere juri naturali & civili judico, quippe cum nulla major contumelia honestæ feminæ inferri queat, quam si quis invitæ eripere aggrediatur, cuius integritate ejus sexus decus maxime æstimatur, & omnes prudentes sic judicant quod pudicitia & vita pari passu ambulant, quo pertinet *puffend. Lib. 2. cap. 5. §. 11.* ubi ea clare confirmat & dissentientibus respondet. *Seneca de benef. 1. cap. 11.* dicit, *proxima ab his sunt, sine quibus possimus quidem vivere, sed ut mors potior sit, tanquam libertas, pudicitia, &c mens bona.* *Paulus Lib. 5. Sent. Tit. 23. §. 8. edition. Schultingii* sic sese exprimit: qui latronem cædem sibi inferentem, vel alium quemlibet stuprum inferentem occiderit, puniri non placuit: alias enim vitam, alias pudorem publico facinore (*vel ut ingeniosissime Celeb. Schultingius legendum vult licito facinore*, defendit. Et apud Romanos Hadrianus Imp. rescripsit, qui stuprum sibi vel suis per vim inferen-

rentem occidit, dimittendum *Leg. i. §. 4. ff. ad Leg. Cornel. de Sicar.* utpote cuius metus viris bonis major, quam mortis esse debet *Leg. 8. §. 2. ff. quod met. caus. gest. esse:* cum itaque nulla alia via pateat ad tuerendam pudicitiam impune mors infertur invasori *Leg. 20. 22. 24. 32. ff. ad Leg. Jul. de adult. Nov. 317. cap. 15.* Exemplum tale dat *Mezeray tom. i. part. 2. pag. 146.* quod sub Clitario II. anno 589. apud Francos contigit. Apud Ebiseos, ut tradit *Selenus Lib. 4. de Jure N. & G. cap. 3.* tantus combatitur favor defensionem corporis & pudoris, ut non solum is qui invadetur, per se invasorem cum cædere repellere, sed & alter innocenter oppressum cum cæde invasoris defendere posset, idque non tantum si vitam alterius aggredieretur, sed & si cum masculo vellet concubere, aut alterius sponsam comprimere vid. *Selenum de Jure N. & G. Lib. 4. cap. 3.* sic & *Judicium C. Marii magnis laudibus celebratum fuit,* quod absolviflet, simulque corona donasset militem, qui sororis suæ filium Tribunum militum de stupro se solicitantem interficerat vid. *Valer. Max. lib. 6. cap. 1. Exemp. 12. & Puffend. lib. 2. de Jure Nat. cap. 5. §. 11.* vid. *Comment. ad Titul. pand. ad leg. Julianam de Adult.*

§. X V I I I.

Vidimus in præcedent: §. ob Tutelam corporis surlicere injustum aggressorem occidere, an igitur alios V. G. parentes, liberos, conjugem, vel alium tertium, in discrimine vitae constitutos liceat negligere? Nequa-

quaquam puto, tam de jure naturali, divino, quam civili, sed has personas non minus defendere tenemur quam nos metipso: nam quod attinet ad parentes, illis debent vitam, honorem, & obsequium liberi: & liberis debent parentes alimenta ad sustentationem vita, nam naturalis stimulus, ut. *Justin. in Leg. unic.* §. 5. *Cod. de Rei uxori. act.* loquitur, parentes ad liberorum educationem hortatur, & *Diod. Siculus Lib. 2. cap. 5. sic sese exprimit*; optima quippe magistra natura est cunctis animantibus, non tantum ad sui, sed & prolixi suæ conservationem, ut cognita hac caritate continua, successio ad æternitatis curriculum proveniat. de coniuge nemo dubitare potest, nam maritus & uxor una caro sunt, quid æquius, quid natura convenientius, quam ut mutua defensione se invicem tueantur. Verum an liceat *Tertio injustum aggressorem interficere in defensionem proximi*, dubitari posset, sed cum jus naturale inter homines cognitionem quandam constituit ut *Florentin. leg. 3. ff. de Just. & Fur. inquit.* & homo homini naturaliter est obligatus officium præstare, Respondendum puto, alicui Tertio etiam licitum esse vitam proximi, quæ ab alio privata auctoritate adeoque injuste impeditur, tueri etiam cum interfectione invasoris: qui non repellit a socio injuriam, si potest, tam est in vito, quam ille qui facit, & illa naturalis cognatio quam natura inter homines constituit, dictat jure esse factum id, quod fit ob corporis alieni tutelam, quamobrem *Cicero de Consolat.* dicit, quid enim, an ignorare quisquam potest, quanta inter homines cognatio sit, quantaque similitudo, etenim nisi hoc verum fatemur, causæ nihil esset cur homo hominem, consilio, re, gratia juvaret, ab hostium impe-

petu ac laſione defendere, quod contra videmus accide-re, qui ab his actionibus avertat animum, non modo in vulgus improbetur, sed etiam inhumanitatis accusetur. Et egregie ſeſe exprimit *Matthæus de Criminibus Lib. 48. Tit. 5. cap. 2. Num. 11. 12: Natura rerum inter omnes Homines cognitionem instituit, cuius vi ad opitulandum oppreſſis accurrimus, iraſcimur opprimenti. Quod ſi, cum quo humanitas communis eſt, etiam civitas nos junxerit, jam dupli ci vinculo ad opem ferendam adſtrin-gimur: nefas eſt, ut ait Seneca nocere patriæ, ergo ci-vi quoque, quoniam pars patriæ eſt, quod ſi nocere nefas ergo opitulari fas eſt. denique ſi quis, cum crimen prohibere poſſet, non prohibet, prope ipſe id admifſe videtur, utique a pæna immunis eſſe debet, qui prohibuit.* Et ſic allegationi inculpatæ tutelæ potest locus eſſe, ſi ad defendantum tertium opem implorantem, ſive uxorem, ſive cognatum cognatamve, ſive extra-neum extraneamve occiderit aggressorem violentum, mortis aut ſtupri violentipericulum inferentem, quod non aliter, quam aggressoris cæde impediri potuit atque averti.

Vid. Gomez. Var. Resolut. Jur. Tom. 3. cap. 3. Num. 21. Berlich. Conclus. pract. part. 4. concluſ. 12. Num. 44. Carpzov. pract. criminal. quæſt. 32. & Damboud. in prax. rer. criminal. cap. 80.

An lex ſacra, quæ habetur *Levit. cap. xix. comm. xvii.* ad hanc defenſionem proximi non pertineat, valde dubito: *Lex eſt non ſtabis aduersus ſanguinem proximi tui,* hujus ſenſum ex doctrina avita docent eſſe, proximum, id eſt congenerem, a periculo imminente ita ipliſ tuendum, ut non ſolum e flumine, puteo, igne, aliove vitæ periculi genere, qua fieri poſſet, eſſet omni diligentia eripiendus, verum etiam ab occiſuro,

seu qui necandi animo persequeretur, liberandus. Maimonides dicit, *si quis alium persequeretur ut occideret eum quantumlibet minor, tenebantur universi Israelitæ* (quilibet pro loci & temporis opportunitate) eripere seu liberare eum cui vis ita illata e manibus seu potestate per sequentis. Tutelæ ejusmodi moderamen erat legitimum, ut si fieri posset, incruenta præstaretur. Sin vero etiam cum aggressoris membra alicujus mutilatione seu abscissione. Quæ si nec sic præstari posset, cædes aggressoris legitima habita, nec aliter. Et tam tutela sui, quam alterius heic pariter intelligi videtur. Neque solum vim necis causa illatam, sic aggressoris cæde, cuique propulsare licuit, sed etiam adulterii ac incestus omnimodi cauſā, uti concubitus masculi. *Vid. Comment. ad illum locum Levitici, confer etiam Proverb. cap. 24. com. 11. Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trabuntur ad Interitum, Liberare necesse est.*

Ad eam tamen defensionem neminem de jure civili constringi posse communiter statuunt, argumento *Leg. 9. §. 1. vers. sed licet ff. quod met. caus. &c. juncta lege 2. lege ult. ff. de cond. ob turp. caus. præterea quod pretium vel pecuniam quis recipit pro liberando alio, ab offensione a tertio illata D. L. 9. quod turpiter acciperet, si ipso jure eum defendere teneretur arg. D. Leg. ult. Menochius tamen arbit. quæst. lib. 2. quæst. 355. Num. 4. affirmat, nos ad alios, in discrimine vitæ consitutos, defendendos præcise teneri, & cogi, adeo ut si quis eos non defenderit, quum potuerit, sed ab aggressoribus interfici passus sit, eum licet non ordinariam, extraordinariam pænam ad minimum putat, relegationem, carcerationem, vel pecuniariam*

ariam multam incurtere. Idem affirmat *Carpzov. prax. criminal. part. 1. quæst. 32. Num. 12.* quod) licet naturali Lege, & naturali æquitate quam maxime tenemur, ut tam nostrum proximum, quam nos metipso aduersus vim illatam defendamus, quum tamen nulla legali pena ad id constringamur, ad forum conscientiae illud omnino remittere mihi placet.

§. XIX.

Quid si quis male de nobis loquitur, & talia dicit, quæ credita, nostram existimationem apud bonos delibarent, an is occidi potest? sunt, qui affirmant, sed male, & contra jus naturæ, nam imperfectio ista non est modus aptus ad tuendam existimationem nostram, neque impedire, quo minus dicta de me credant *vid. Puff. Lib. 2. cap. 5. §. 13. & Celeb. P. R. Vitriarium in Instit. Jur. N. & G. Lib. 2. cap. 1. q. 23.* melius *Plato in Lib. 9. de Legib. pag. 934.* Si quis servum nihil injurantem, timens, ne turpe quid a se factum indicat, vel alia hujusmodi causa inductus, morti tradiderit, quasi civem necaverit, sic puniatur. Habeimus notabilem casum ad hanc materiam pertinentem *apud Tbuanum Hist. Lib. 14. pag. 476.* ad annum 1560. de Principe Condæo; cui Guijui per calumniam imputabant, ac si populum ad rebellionem excitasset, rumorem hunc primo Princeps sprevit, cum vero vulgo id credi videretur, petiit colloquium cui Regina mater, & omnes ejus proceres assistebant: statu die Princeps in hoc conventu solita facundia innocentiam suam testatus est, addens esse calumnias per inimicos suos spersas, ut se odiosum aulæ & omnibus bonis reddent.

redderent : *bis debuisset subsistere* : sed vindicta cupiditatem non potuit cohibere Princeps ille, qui auctorem mendacii, quisquis ille esset, ad duellum provocabat, ad quod cum eo ineundum dignitatem suam sanguinis pro tempore se depositurum declarabat : sed adversarius tenuit silentium. vid. *Mezeray in Francisco II. Tom. 3. pag. 23.*

§. X X.

Defensio quidem vitæ membrorumque ac pudicitiæ, tamquam rerum irreparabilium, magnum habet favorem: Enim vero *circa defensionem Rerum*, quæ utique restitu possunt, neque omnes ita absolute homini videntur necessariæ, *dubitari posset*, an illæ quoque per extrema sunt afferendæ: sed adhibita distinctione fundamentali inter statum naturalem & civilem, existimo defensionem adhibere adversus vim vel injurias, quibus res nostræ impetiuntur, jus naturæ etiam cum cæde invasoris & raptoris non vitare ob varias rationes 1°. nam in naturali statu habeo jus plenum me conservandi contra quoscunque, aliquando res quædam sunt altera mea vita, & sanguis, cum abiis & mea, & meorum sustentatio dcpendeat: 2°. notandum, defensionis mensuram ejusque latitudinem non æstimari pretio earum rerum, quas defendimus, sed causa Justitiæ, quæ dependet ex necessitate, qua cogimur vim vi repellere, non certa præscripta ratione, sed omni, quam necessaria defensio exigit. Quamobrem quicunque versatur in terminis necessariæ defensionis, & proinde in re licita, eosque se tuendo potest procedere, quousque cum cogit præsens necessitas, adeo.
qua

que sive corpus, sive vita, sive membra, sive res nostræ impellantur, unam eandemque defensionem pro uno & altero adhibere tribuit natura, quæ nullum aliud habet objectum, nisi causæ Justitiam & æquitatem. 3°. qui res mihi auferre conatur, me lædit, quantum jus habeo ad conservanda & retinenda, quæ mea sunt, & si quædam inæqualitas inter vitam & rem videatur esse, & favore nocentis & raptoris odio compensatur: & cum alter non plus juris habet ad res meas, quam ad vitam eripiendam, non minus potestatis mihi ad illas, quam hanc defendendam competit 4°. quid in naturali statu turpius est quam auferre res alienas? nam bella plerumque publica præsertim ob tallem causam geruntur. Si hoc non esset juris naturalis, sequeretur hæc absurditas, quod si quis declareret, se armatum venturum unice ut prædam capiat, debemus pati nos spoliari sine resistentia, & hoc favorabile foret latronibus, & pyratis. Contrarium vero patet ex Legibus plerorumque populorum, quæ pænam laquei hiice nebulonibus dicitant, quia hoc crimen morte dignum censent. Si pro defensione bonorum externorum illicitum esset interficere aggressorem injustum, iniqui audacieores fierent ad decipiendos justos, miseraque ea in parte esset conditio Justorum, idque caderet in maximum detrimentum boni communis, quod non est admittendum ut inquit *Molina de Just. Et Jur. vol. 4. part. 3. disp. 16.* Objectiones, quæ contra hanc opinionem adferuntur, parvi ponderis sunt, & optime refutantur, & solvuntur a *Puffend. Lib. 2. de Jur. Nat. cap. 5. §. 16.* vid. *Grot. Lib. 2. de Jur. B. Et P. cap. 1. §. 11.* Et *Celeb. P. R. Vitriarium in Inst.*

Jur. N. & G. Lib. 2. cap. 1. q. 24.

Ast inter illos , qui eadem in civitate degunt , licentia naturalis defensionis est restricta, ideoque generaliter injurias , quæ ad res reparabiles tendunt, privatis per extremam vim repellere non conceditur : cum per magistratum commode & citra turbam reparatio procurari possit. Videamus igitur quid hac in re Jure Romano sit receptum. Eo jure illicitum esse furem occidere existimo , nisi , si persequar furem, is se armis defendat , sic eum occidam, nam tum ex defensione bonorum , defensor sum factus corporis *Leg. 52. §. 1. ff. ad Leg. aquil.* & huc pertinet *Lex xii. Tab.* quæ permisit furem nocturnum simpliciter occidere , diurnum vero non aliter , quam si se telo defendat ; de qua distinctione inter furem nocturnum & diurnum singulari §. agam.

§. X X I.

Extat nobilissima Lex de fure nocturno in facinis litteris scilicet *Exod. xxii. com. 2. si in effosione deprebendatur fur de noctu , & percussus moriatur , reus cædis ne esto percussor.* Cum hac lege convenit *Lex xii. Tab.* quam refert *Gellius Lib. xii. Noct. attic. cap. 18.* Duodecim Tabulae furem nocturnum quoquomodo , diurnum autem si se telo defenderit, interfici impune voluerunt ; eam Legem *Gajus Jurisconsultus in Lege 4. §. 1. ff. ad leg. aquil.* sic refert. *Lex. xii. Tab.* furem noctu deprensum occidere permittit , ut tamen id ipsum cum clamore testificetur : interdiu autem deprensum ita permittit occidere , si is se telo defendat : ut tamen

men æque cum clamore testificetur. *Gothofredus ad leges XII.* *Tab.* notat posteriora verba in lege 4. §. 1. *ad leg. aquil. cum clamore esse Tribonianismus.* Et ea verba in leg. XII. *Tab.* non extitisse: arguit locus *Ciceronis in orat. pro Milone cap. 3. leges XII.* *Tab.* nocturnum furem quoquomodo, diurnum autem, si se telo defenderit, interfici impune voluerunt, & sic *Seneca* & hunc secutus *D. Augustus* ajunt quoquomodo: vid. *Collat. II. Mosaic. & Roman. Tit. 7. §. 3.* ubi etiam non sit mentio de limitatione, quam adscribit *Gajus in d. lege 4. §. 1. ut cum clamore testificetur:* nec quisquam veterum ejus meminit. Ergo illa verba non recte tribuuntur *legibus XII.* *Tab.* quod tamen *Gajus in D. Lege 4. §. 1.* facit. adeoque ea a Triboniano adjecta esse *cum Celeb. Schultingio in notis ad lib. 5. sentent. Pauli Titul. 23.* puto. *Idem Celeb. Vir verba legis 9. ff. ad leg. Cornel. de Sicar.* refert ad legem aquiliam, in qua etiam quis de levissima culpa tenetur, sic quoque *Clariss. Nood. lib. I. prob. cap. 9. & in dissert. ad legem aquiliam cap. 4. Jacobus Cujacius lib. 14. observat. cap. 14.* putat legem XII. *Tab.* de fure diurno adhuc valere, de nocturno antiquatam esse, & id probare conatur ex verbis *Ulpiani lib. 8. ad Edictum* quæ ibi allegat. sed ex constitutionibus hodie in agris valere etiam *Leg. XII.* *Tab.* in fure nocturno idem *Cujacius* opinatur *ex lege 1. Cod quando licet unicuique sine Judice &c.* Verum *Jacobus Gothofredus ad legem 2. Cod. Theodos. ad leg. Cornel. de Sicar.* eam legem 1. *Cod.* ad privatos fures non pertinere, sed ad prædones & raptiores observat. Jure novissimo vero si quis furem nocturnum occiderit, cum parcere ei sine periculo suo non

non potuerit, jure & lege permittente occidiſſe dici-
tur. vid. *placita Ord. Holland. allegata apud Celeb.*
Voet ad pand. Titul. ad legem Cornel. de Sicar.

Supereſt tandem in hoc loco quoque perſcrutari di-
ſcrimen, & rationem legis, de qua ambigitur, quare
ſurem nocturnum, non vero diurnum Occidere liceat.
Quidam ad id putant ſpectatum, quod noctu diſcerni
nequeat, is, qui venit, fur ſit, an ſicarius, & ideo
tamquam ſicarium poſſe interfici. Alii diſcrimen in hoc
poſitum exiſtimant, quod noctu, quia fur ignotus
eſt, res minus videantur recuperari: Alii rationem
ponunt in eo, quia noctu vix ſit copia teſtium adhi-
bendorum: ſed ratio, quare furem nocturnum non ve-
ro diurnum occidere licebat, duplex mihi videtur, 1°
quia noctu non poſſumus implorare auxilium aliorum
hominum, 2° & praeципue quia in fure nocturno vo-
luntas furandi a voluntate occidendi nequit diſcerni:
vid. de hoc diſcrimine *Hug. Grot. Lib. 2. de Jur. B. &*
P. cap. 1. §. 11. & puff. Lib. 2. cap. 5. §. 17. & 18.

S. X X I I.

- Pulchrum & valde dubium eſt, ſi forte quis occiderit
alium, quorum unus fuit aggressor, ſed nescitur, nec
potest conſtare, quis eorum ſit, an ſuperveniens, ho-
mida praeſumatur aggressor & teneatur poena mortis,
vel interfectus & occiſus praeſumatur aggressor, ut ho-
mida excuſetur? in quo dubio variæ & diversæ ſen-
tentiae & opinioneſ reperiuntur: Prima eſt, quod in
dubio ſuperveniens homicida excuſetur, & non aliqua
poena teneatur, cum non ſit magis praeſumtio contra
unum quam contra alium, & in hoc caſu, ſanctius eſt
no-

nocentem impunitum relinquere quam innocentem condemnare vid. *Leg. 5. ff. de pænis & Leg. 42. Ejusd. Titul.* Secunda opinio est, quod si superstes erat homo bonæ opinionis & famæ, quietus & pacificus, qui delinquere non confueverat, præsumatur provocatus, & homicidium fecisse ad suam defensionem, & hic non tenetur sed absolvendus est, *Argument. Leg. 5. §. 6. ff. de Re milit.* ubi si miles recesserit a militia, & dubitetur an ex causa justa, vel non, creditur ipsi quod ex justa causa recessit, est enim homo bonæ famæ & opinionis. Tertia est opinio quod isto casu teneatur superstes, qui remansit vivus pæna mortis ordinaria, nisi probet se fecisse ad suam defensionem, 1° quia ex parte accusatoris vel judicis procedentis ex officio probet delictum homicidii, in quo semper præsumitur dolus in ipso delinquentे, nisi contrarium probetur *Leg. 1. Cod. ad Leg. Cornel. de sicar.* & sic merito debet condemnari, nisi probet exceptionem defensionis. 2° quia quando quis se fundat in aliqua negativa pro fundamento suæ intentionis, vel exceptionis, necessario oportet illam probare ut in *Leg. 1. ff. de except.* & in *Lege 5. §. 9. ff. de Reb. eorum qui sub tut. vel cur. sunt.* & *Leg. 4. ff. de fideicom. liber.* sed in nostro casu accusator vel judex ex officio probat delictum, reus vero accusatus, vel inquisitus opponit exceptionem defensionis & fundat in ea totaliter suam intentionem ad evitandam condemnationem, ergo de necessitate sequitur quod tenetur illam probare: sed ego puto hoc examini judicis esse tradendum, ut ille consideret circumstantias temporum, locorum, rerum, ac personarum, nec non utriusque personæ, tam occisi quam occisoris conditionem & vitæ rationem *Leg. 16.*

§. I. *ff. de pœn.* nam minima circumstantia variat rem; & quisquis bonus præsumitur quamdiu malus non probatur *Leg. 51. ff. pro socio vid. Mascard. de probat. vol. 1. conclus. 72. num. 14. &c Conclus. 490. de Constitutione Criminali Caroli v. vide articul. 141. apud Sim. van Leeuwen Censur. forens. Lib. 5. cap. 11.*

§. XXXIII.

Paucis denique moneamus restat cui defensionis & necessariæ Tutelæ probatio incumbat: cum autem Defensio facti sit & facta allegare non sufficiat, sed probanda sunt *Leg. 5. Cod. de injur.* certum erit illi incumbere probationem, qui periculum allegat *Leg. 1. Cod. ad Leg. Cornel. de sicar.* potest sane hæc probatio fieri per testes licet omni exceptione maiores non sint, nam ad defensionem probandam non reprobantur testes domestici, consanguinei. vid. *Gail de pace pub. Lib. 1. cap. 15. & Berlichb. Tom. 2. pract. conclus. 132. num. 10. & Mascard. de probat. vol. 1. conclus. 490. & multos alios.*

Hæc sunt L. B. quæ ad interpretationem hujus materiæ tecum communicare volui, atque ideo hic subsisto, & impono.

F I N E M.

A N.

A N N E X A.

I.

Post constitutionem Divi Marci adolescentes etiam inviti accipiunt curatores.

II.

Donatio propter supervenientiam liberorum revocari nequit.

III.

Fides cuilibet etiam hosti data servanda.

IV.

Fidejussor in maiorem summam acceptus quam debet reus principalis, ne in concurrentem summam quidem tenetur.

V.

Mortua in matrimonio muliere dos profectitia revertitur ad patrem, etiam si liberi superfunt.

VI.

Princeps Romanus non est solutus omnibus legibus civilibus.

P R AE-

PRÆSTANTISSIMO ERUDITISSIMOQUE

D O M I N O

H E N R I C O V A N S T R A A L E N ,

Gravissimo J Ctorum Ordini adscripto.

Dignum laude virum promat mea musa sereno.
Vultu ; pergratum dulce decusque Chori,
Pro meritis utinam possem tibi dicere laudes,
Laudibus ast impar nostra Thalia tuis,
Sic tua perpetuis inscribis nomina - fastis,
S T R A A L I, sic studiis invigilasse juvat,
Plurima quid referam ? testis tuus ipse libellus ,
Quanta sit ingenii, visque vigorque tui,
Gaudeat ergo pater , tam digna prole, paternæ
Gloria , nobilitas, spesque decusque domus.
Suscipe jam fertum , frondosam suscipe laurum
Quam tibi dat studium perpetuusque labor.
Gratulor ergo tibi juvenis Generose, precorque
Det Themis ingenio vela secunda tuo.
Vive decus juvenum, patriæ virtutis imago
Cum proavis & avis sis probitate pari.
Vive diu perquam felix , CLARISSIME DOCTOR
Et strati sociam præbeat alma venus.
Vive memor nostri, nunc prospera cuncta vovemus
Sit petimus felix vitaque morsque tibi.

*Hæc paucula in amicitiae
tesseram posui.*

H . V . D . H O N E R T .

J . U . St.

PRÆSTANTISSIMO ERUDITISSIMOQUE

D O M I N O

H E N R I C O V A N S T R A A L E N ,

Gravissimo J Ctorum Ordini adscripto.

Dignum laude virum promat mea musa sereno.
Vultu ; pergratum dulce decusque Chori,
Pro meritis utinam possem tibi dicere laudes,
Laudibus ast impar nostra Thalia tuis,
Sic tua perpetuis inscribis nomina - fastis,
STRAALI, sic studiis invigilasse juvat,
Plurima quid referam ? testis tuus ipse libellus ,
Quanta sit ingenii, visque vigorque tui,
Gaudeat ergo pater , tam digna prole, paternæ
Gloria , nobilitas, spesque decusque domus.
Suscipe jam sertum , frondosam suscipe laurum
Quam tibi dat studium perpetuusque labor.
Gratulor ergo tibi juvenis Generose, precorque
Det Themis ingenio vela secunda tuo.
Vive decus juvenum , patriæ virtutis imago
Cum proavis & avis sis probitate pari.
Vive diu perquam felix , CLARISSIME DOCTOR
Et strati sociam præbeat alma venus.
Vive memor nostri , nunc prospera cuncta vovemus
Sit petimus felix vitaque morsque tibi.

*Hæc paucula in amicitiae
tesseram posui.*

H . V . D . H O N E R T .

J . U . St.

PRÆSTANTISSIMO ERUDITISSIMOQUE

D O M I N O

HENRICO VAN STRAALEN,

Gravissimo J^utorum Ordini adscripto.

Dignum laude virum promat mea musa sereno:
Vultu ; pergratum dulce decusque Chori,
Pro meritis utinam possem tibi dicere laudes,
Laudibus ast impar nostra Thalia tuis,
Sic tua perpetuis inscribis nomina - fastis,
STRAALEI, sic studiis invigilasse juvat,
Plurima quid referam ? testis tuus ipse libellus ,
Quanta sit ingenii, visque vigorque tui,
Gaudeat ergo pater , tam digna prole, paternæ
Gloria , nobilitas, spesque decusque domus.
Suscipe jam fertum , frondosam suscipe laurum
Quam tibi dat studium perpetuusque labor.
Gratulor ergo tibi juvenis Generose, precorque
Det Themis ingenio vela secunda tuo.
Vive decus juvenum , patriæ virtutis imago
Cum proavis & avis sis probitate pari.
Vive diu perquam felix , CLARISSIME DOCTOR
Et strati sociam præbeat alma venus.
Vive memor nostri, nunc prospera cuncta vovemus
Sit petimus felix vitaque morsque tibi.

*Hec paucula in amicitiae
tesseram posui.*

H. V. D. HONERT.

J. U. St.

PRÆSTANTISSIMO ERUDITISSIMOQUE

D O M I N O

HENRICO VAN STRAALEN,

Gravissimo J^oCtorum Ordini adscripto.

Dignum laude virum promat mea musa sereno:
Vultu ; pergratum dulce decusque Chori,
Pro meritis utinam possem tibi dicere laudes,
Laudibus ast impar nostra Thalia tuis,
Sic tua perpetuis inscribis nomina - fastis,
STRAAALI, sic studiis invigilasse juvat,
Plurima quid referam? testis tuus ipse libellus,
Quanta sit ingenii, visque vigorque tui,
Gaudeat ergo pater , tam digna prole, paternæ
Gloria , nobilitas, spesque decusque domus.
Suscipe jam fertum , frondosam suscipe laurum
Quam tibi dat studium perpetuusque labor.
Gratulor ergo tibi juvenis Generose, precorque
Det Themis ingenio vela secunda tuo.
Vive decus juvenum , patriæ virtutis imago
Cum proavis & avis sis probitate pari.
Vive diu perquam felix , CLARISSIME DOCTOR
Et strati sociam præbeat alma venus.
Vive memor nostri, nunc prospera cuncta vovemus
Sit petimus felix vitaque morsque tibi.

*Hec paucula in amicitiae
tesseram posui.*

H. V. D. HONERT.

J. U. St.

PRÆSTANTISSIMO ERUDITISSIMOQUE

D O M I N O

H E N R I C O V A N S T R A A L E N ,

Gravissimo J^oCtorum Ordini adscripto.

Dignum laude virum promat mea musa sereno:
Vultu ; pergratum dulce decusque Chori,
Pro meritis utinam possem tibi dicere laudes,
Laudibus ast impar nostra Thalia tuis,
Sic tua perpetuis inscribis nomina - fastis,
STRAAALI, sic studiis invigilasse juvat,
Plurima quid referam? testis tuus ipse libellus,
Quanta sit ingenii, visque vigorque tui,
Gaudeat ergo pater, tam digna prole, paternæ
Gloria, nobilitas, spesque decusque domus.
Suscipe jam fertum, frondosam suscipe laurum
Quam tibi dat studium perpetuusque labor.
Gratulor ergo tibi juvenis Generose, precorque
Det Themis ingenio vela secunda tuo.
Vive decus juvenum, patriæ virtutis imago
Cum proavis & avis sis probitate pari.
Vive diu perquam felix, CLARISSIME DOCTOR
Et strati sociam præbeat alma venus.
Vive memor nostri, nunc prospera cuncta vovemus
Sit petimus felix vitaque morsque tibi.

*Hec paucula in amicitiae
tesseram posui.*

H. V. D. HONERT.

J. U. St.

PRÆSTANTISSIMO ERUDITISSIMOQUE

D O M I N O

HENRICO VAN STRAALEN,

Gravissimo J^oCtorum Ordini adscripto.

Dignum laude virum promat mea musa sereno:
Vultu ; pergratum dulce decusque Chori,
Pro meritis utinam possem tibi dicere laudes,
Laudibus ast impar nostra Thalia tuis,
Sic tua perpetuis inscribis nomina - fastis,
STRAAALI, sic studiis invigilasse juvat,
Plurima quid referam ? testis tuus ipse libellus ,
Quanta sit ingenii, visque vigorque tui,
Gaudeat ergo pater , tam digna prole, paternæ
Gloria , nobilitas, spesque decusque domus.
Suscipe jam fertum , frondosam suscipe laurum
Quam tibi dat studium perpetuusque labor.
Gratulor ergo tibi juvenis Generose, precorque
Det Themis ingenio vela secunda tuo.
Vive decus juvenum , patriæ virtutis imago
Cum proavis & avis sis probitate pari.
Vive diu perquam felix , CLARISSIME DOCTOR
Et strati sociam præbeat alma venus.
Vive memor nostri, nunc prospera cuncta vovemus
Sit petimus felix vitaque morsque tibi.

*Hec paucula in amicitiae
tesseram posui.*

H. V. D. HONERT.

J. U. St.

PRÆSTANTISSIMO ERUDITISSIMOQUE

D O M I N O

HENRICO VAN STRAALEN,

Gravissimo J^oCtorum Ordini adscripto.

Dignum laude virum promat mea musa sereno:
Vultu ; pergratum dulce decusque Chori,
Pro meritis utinam possem tibi dicere laudes,
Laudibus ast impar nostra Thalia tuis,
Sic tua perpetuis inscribis nomina - fastis,
STRAAALI, sic studiis invigilasse juvat,
Plurima quid referam ? testis tuus ipse libellus ,
Quanta sit ingenii, visque vigorque tui,
Gaudeat ergo pater , tam digna prole, paternæ
Gloria , nobilitas, spesque decusque domus.
Suscipe jam fertum , frondosam suscipe laurum
Quam tibi dat studium perpetuusque labor.
Gratulor ergo tibi juvenis Generose, precorque
Det Themis ingenio vela secunda tuo.
Vive decus juvenum , patriæ virtutis imago
Cum proavis & avis sis probitate pari.
Vive diu perquam felix , CLARISSIME DOCTOR
Et strati sociam præbeat alma venus.
Vive memor nostri, nunc prospera cuncta vovemus
Sit petimus felix vitaque morsque tibi.

*Hec paucula in amicitiae
tesseram posui.*

H. V. D. HONERT.

J. U. St.

PRÆSTANTISSIMO ERUDITISSIMOQUE

D O M I N O

HENRICO VAN STRAALEN,

Gravissimo J^oCtorum Ordini adscripto.

Dignum laude virum promat mea musa sereno:
Vultu ; pergratum dulce decusque Chori,
Pro meritis utinam possem tibi dicere laudes,
Laudibus ast impar nostra Thalia tuis,
Sic tua perpetuis inscribis nomina - fastis,
STRAAALI, sic studiis invigilasse juvat,
Plurima quid referam ? testis tuus ipse libellus ,
Quanta sit ingenii, visque vigorque tui,
Gaudeat ergo pater , tam digna prole, paternæ
Gloria , nobilitas, spesque decusque domus.
Suscipe jam fertum , frondosam suscipe laurum
Quam tibi dat studium perpetuusque labor.
Gratulor ergo tibi juvenis Generose, precorque
Det Themis ingenio vela secunda tuo.
Vive decus juvenum , patriæ virtutis imago
Cum proavis & avis sis probitate pari.
Vive diu perquam felix , CLARISSIME DOCTOR
Et strati sociam præbeat alma venus.
Vive memor nostri, nunc prospera cuncta vovemus
Sit petimus felix vitaque morsque tibi.

*Hec paucula in amicitiae
tesseram posui.*

H. V. D. HONERT.

J. U. St.